



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

40. An dicatur Episcopus Originis, in cuius Diœcesi natus est Pater Clerici Ordinandi? Et quid, si Pater tempore natiuitatis filij illius ad aliam Diœcesim iam transtulerat domicilium, an ex Sacra ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

alibi domicilium, sed cum parentes eo loco domicilium haberent. Nam licet aliquis nascatur in Dicecesi Cameracensi, ubi parentes versantur negotiorum causa, habentes domicilium in Dicecesi Tornacensi, non censetur natus in Dicecesi Cameracensi, sed in Tornacensi, & Tornacensis Episcopus est Episcopus originis. Videri potest l. cines 7. C. de incolis. Panormitan. in c. Rodulphus, de rescriptis. Silvester verb. civitas, q. 4. Ita Præpositus. Et ita hanc sententiam tenet etiam Felicianus à Vega in c. postulasti, de foro compet. n. 18. Opatovius de Sacram. tr. de Ordin. q. 3. sect. 6. Villalobos in summa, tom. 1. tr. 1. r. difficul. 9. n. 2. Pilecius in praxi, p. 1. c. 1. art. 2. n. 1. qui optimè observat sic accipiendum esse id quod dicitur, inde quem trahere originem, ubi fuerit baptizatus. Idem etiam docet Suarez de matrimo. lib. 3. disp. 23. num. 3. Auilla de censur. part. 3. disp. 5. dub. 7. Acugna in Decree part. 1. distinct. 7. n. 3. Hypæus in Anal. inr. Pont. lib. 1. tit. de ordinandis, num. 4.

RESOL. XL.

An dicatur Episcopus originis, in cuius Diocesi natus est Pater Clerici ordinandi?
Et quid, si Pater tempore natiuitatis filij illius ad aliam Diocesim iam transfugerat domicilium, an ex Sacra declaratione Congregationis Concilij possit filius ordinari ab Episcopo paterna originis? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 14. 8.

Sup. hoc in Ref. seq. & supra in ref. 37. ex diffi. posita in titulo dictæ Ref.

S. 1. Negatiuam sententiam docet Emanuel Rodriguez, quem citat & sequitur nouissimè Mauricius Alzedo in praxi Episcoporum part. 2. cap. 5. num. 44.
2. At ego contrariam sententiam teneo cum nostro P. Molfesio in sum. tom. 1. tract. 2. cap. 2. num. 7. ubi sic ait. Quatuor modis quis dicitur subditus Episcopo vt possit ab illo ordinari. Primò ratione originis: secundò ratione domicilij: quartò, ratione familiaritatis. Primò igitur ratione originis potest quis ordinari ab Episcopo, vt si ipse, vel eius pater natus sit in loco diocesis illius. Ita ille, qui probat hoc ex glossa, & aliis Doctoribus, quibus ego addo Barbofam de potest. Episc. part. 2. alleg. 4. num. 7. & alios penes ipsum. Et ideo sacra Congregatio Concilij die 16. Decembris 1599. & 12. Augusti 1628. & 7. Aprilis 1629. declarauit, quòd quis ordinari potest ab Episcopo originis paternæ, tamen si pater tempore natiuitatis illius filij ad aliam diocesim iam transtulerat domicilium.

RESOL. XLI.

An Episcopus possit ordinare aliquem, cuius pater natus est in sua Diocesi, licet filius natus fuerit in aliena? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 12.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in alia eius nor.

S. 1. Pro negatiua sententia adducit Rodriguez Alzedus in praxi, part. 2. cap. 5. num. 43. ubi sic ait: Ille dicitur Episcopus originis, in cuius Dicecesi ordinandus natus est, non verò Episcopus Dicecesis, in qua ordinandi pater natus. Emanuel Rodriguez tom. 4. c. 6. aliàs 62. num. 12. for. 113.
2. Barbofa verò in pastorali, ubi proximè, num. 7. vsque ad 15, extendit etiam ad Episcopum in cuius Dicecesi natus est pater, & ad hoc allegat glossam in cap. nullus. de tempor. ordin. lib. 6. Sed meo iudicio nihil probat. Ita ille.
3. Et hanc sententiam mordicus sustentat Acugna

na in Decretum Gratiani, part. 1. dist. 71. canon. 4. ita asserens. An quotiescumque aliquis cuius alienius loci dicitur, siue natus ibi, ciuilitè id est, beneficio legis, & gaudet privilegio cuius talis loci, siue alibus natus sit, possit à tali loci Episcopo ordinari, ac si is esset Episcopus originis? exempla sunt in filio legitimo, qui nanciscitur ciuilitatem originis eius loci, ubi pater natus est. l. affumpcio, §. 1. ubi Bartol. ff. ad municipal. glossa 1. leg. 1. ff. de adm. Bartol. & Platea in l. filios C. de municipal. leg. 1. ubi Gail. lib. 2. præf. obseru. cap. 36. num. 2. Item in filio illegitimo, qui nanciscitur domicilium originis paternæ leg. 1. ad finem. ff. ad municipal. leg. 1. ubi eadem, ubi Accursius in sumuario huius legis, Diana leg. filios citata, numer. 2. de quo etiam videri potest dispositio ordinationis Lusitana: lib. 2. tit. 5. §. 1. & 4. Alia exempla videri possunt, quibus acquiritur naturalitas in legibus Castelle l. 2. tit. 14. per. 2. ordinatio nostra Lusitana lib. 2. tit. 56. tit. 14. per. 2. principio, & §. 1. 2. & 3. Respondeo verbum oriundus, de quo in textu, quem explicamus propter pro nato in tali loco, explicari debere iuxta l. 1. §. 1. iuncta glossa ibi, verb. oriundus, ff. ad municipal. de que tradit Mandos. regula 17. quest. 40. num. 3. nam beneficium legis licet faciat incolam, seu domicilium, nunquam tamen facit ortum, siue originem l. 1. cum sequentibus. C. de municipal. §. 1. C. de incolis, lib. 10. Grego. Lopez proxime citatus. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 86. & quomodo vici possit dici naturalis ciuilitè, & improptèrius quòd tamen dicitur ortus, siue oriundus, nisi ab origine propria, vt rectè explicat Burgos de Paz l. 1. Tom. part. 1. n. 372. Auendan. de exequend. mandata lib. 1. cap. 3. num. 5. Azeuedo in l. 19. tit. 3. lib. 1. recepat. cum verba naturaliter proprie sint intelligenda. l. 1. §. 1. de his qui veniam etatis, & ibi Bald. Mantica de iur. iell. lib. 3. tit. 4. num. 15. Gallinius de verb. signifi. lib. 2. cap. 21. num. 8. & lib. 3. cap. 19. num. 12. Salazar de vsu, & consuet. cap. 1. num. 57. & 62. Tenent in specie Henriquez lib. 10. de ordine, cap. 22. num. 1. cum multis, quos ibi citat in comment. lib. 8. Hucioque Acugna; cui adde Vallacum tom. 1. alleg. 5. num. 24.
4. Sed communiter Doctores affirmatiuam sententiam tenent. Ita Marcellus Vulpe in praxi iur. cleric. cap. 7. numer. 24. & Molfesius in summa, tom. 1. tract. 2. cap. 2. num. 3. ubi docet, quòd ratione originis potest quis ordinari ab Episcopo, vt si ipse, vel pater eius natus sit in illius Dicecesi. Vnde non mirabor hic apponere verba Ioannis Machado de presc. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 3. decem. 1. numero 4. sic me citato, asserentis. Quada pater dicitur, & controuersò entre los Doctores, si el origen del padre sea suficiente, para que el hijo, aunque sea nacido en otra parte, se pueda ordenar con aquel Obispo, como si fuere su originario, v. g. Pedro que trata de ordenarse, natus en Seuilla, su Padre en Granada, si podrá ordenarse con el Arçobispo de Granada, por auer sido su padre originario de ai. Algunos Doctores sienten, que es un caso es licito; fundados en que assi se determinò en Roma. Pero mas de veinte Autores, que recoge, y sigue Manchino son de contrario parecer. Diana trae tres de las razones, que podrá ordenarse con el Obispo del origen paterno aunque el huiese nacido en otra parte, de el padre ania ya mudado domicilio. Ita ille. Et ita affirmatiuam sententiam, me etiam citato, tenet Auerfa de sacramen. Ordin. quest. 3. sect. 6. Torrellanca in præf. iur. spir. lib. 2. cap. 13. numer. 9. ubi citat Vgolinum, Gurtierrez, Campanilem, Zetolan. & alios.

RESOL.